



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

§. 105. Bononia incassum expugnata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

ri indulgentia se quoque fruituros, un- Sæcul. XV.
A. C. 1501.
de necdum evoluto quindecim dierum
spatio Dux Valentineus, accepta a Pon-
tifice hujus ditionis inauguratione uni-
versam Romandiolam in suam potesta-
tem redegit.

§. CV.

Bononia incassum expugnata.

Dux tam prospero successu animatus, Joan. Garz.
& Aleman.
hist. Bonon.
Bononiam occupare constituit, quam
Rempubicam Joannes Bentivolius sum-
ma pace tenebat; cum vero urbs omni Barthol.
Dulcini de
vario statu
Bonon.
pœne armatorum præsidio destituta esset,
eoquod selectiores copiæ Gallorum sti-
pendia mererentur, Bentivolius nil re-
liquum habebat, quam ab alienis castris
milites suos revocare, ut propria tueretur;
id ergo executurus quemdam probatissi-
mæ fidei famulum ad Cardinalem de
Ambasia tum Mediolani agentem able-
gat, qui eundem de Ducis Valentini con-
siliis, ac de certa Bononiensis status, nî
protinus succurreret, ruina edoceret.
Cardinalis pensata summi discriminis ra-
tione, facialem sollicite ad Ducem de-
cernit, qui eidem significaret, Bononia
recederet, si vero parere recusaret, ipsum
omnem Gallici exercitus indignationem
in se provocaturum; ex eo enim tempo-
ris articulo Gallos illi palam adversatu-
ris articulo Gallos illi palam adversatu-

Sæcul. XV. ros. Neutra harum conditionum Va-
A.C. 1501. lentino Duci placebat, hinc enim sua in
 Bononiam jura tueri exoptabat, illinc
 vero a Gallorum foedere excludi vereba-
 tur: Ergo priusquam Bononia recede-
 ret, in astu consilium quærit, ac Benti-
 volio illufurus, eidem proponit, Bono-
 niensis castelli arcem cederet, eique tan-
 quam Romandiolæ Duci novem millium
 aureorum tributum penderet, pactis his-
 ce conditionibus, obsidionem se solutu-
 rum: Bentivolius quid Galli animo vo-
 lutarent, omnino ignarus, eorum auxi-
 lio destitutum se arbitratur, unde Du-
 cis condiciones acceptat, atque integra
 fide exsolvit. Tunc primum Valentinus
 Dux Bentivolio persuadere conabatur,
 quod nunquam Bononiam obsidere fom-
 niasset, nisi a Marefcottis accitus fuif-
 set, cum eorum ministerio secreta cum
 civibus consilia habuisset. His dictis Ben-
 tivolius suam fidem addixit, quamvis
 Valentini Ducis perfidiam luculentis
 comprobatam haberet argumentis, un-
 de tam impotenti in Marefcottos iracun-
 dia exarsit, ut eodem temporis momen-
 to illorum necem decernens, paucis
 post diebus omnes trucidari juberet, hac
 tamen immanitate Bononiensium invi-
 diam in se concitabat, Valentino Duce
 id unice exoptante.